



Georgius in Saxonia honestis parentibus natus est. Is cum feliciter prima artū & lingua-
rum fundamenta iecisset, sese hinc inde ad Acad-
emias contulit, & Theologiæ potissimum operam
impedit. Itaq; factum ut in ea plurimum profecer-
it, & inter primarios Theologos suo tempore cō-
numeratus fuerit. Ad hanc eruditionem uitæ inno-
centiam, pietatis amorem, & raram facundiam ad-
iunixerat. Id cum Fridericus Elector Saxoniæ co-
gnouisset, eum in suam curiam uocauit, & aulicoru
Ecclesiasten constituit. Eam functionem is magna
diligentia obiuit, & homines ad cœlestem beatitu-
dinem perducere uerbo Dei conatus fuit. Erasmo
quocq; Roterodamo semper ob eruditionem familiaris extitit. Eo autem tem-
pore 1517 Lutherus pontificis indulgentias carpere cœpit, atq; eius rei causam
Spalatino apperuit. Cum etiam sequenti anno coram Cajetano cardinali Au-
gustæ compareret, Spalatinus interfuit, & totam eam actionem in literas retu-
lit. Inde paulatim Luthero amicus factus, quandoq; Aldenburgi in sua habita-
tione cum eo de religione contulit, & tandem Luthero subscriptis. Itaq; Ele-
ctor Saxonius huc Spalatinum ob rerum peritiam & animi moderationem
multoties secum ad comitia Imperij perduxit, atq; hunc aduersarijs responde-
re iussit. id quod ille potissimum 1526 Spiræ, & 1530 Augustæ præstítit. hoc mo-
do factum ut Spalatinus ob uirtutes magnam sibi existimationem cōciliarit.
Erasmo Epist. Sleid. Lud. Rab. in Luthero.